



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvator Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

16. de hominis creatione quantum ad principium effectuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

DE HOMINIS CREATIONE
 ne quantum ad principium effectuum.

D I S T I N C T. Decimasextæ
 C A P. Primum.

*In creatione hominis vna & æqualis
 substantia & operatio ostenditur
 trium personarum.*

IN Gen. legitur, Faciam⁹ hominē ad ima-
 ginem & similitudinē nostrā. In eo quod *De produ-*
 dicit faciamus, vna operatio trium per- *ctione crea-*
 sonarū ostenditur: in eo verò quod dicit ad *tura cōpo-*
 imaginem nostram, vna & æqualis substan- *sita ex spī-*
 tia earundem monstratur. ex persona Patris *rituali &*
 hoc dicitur ad Filiū, & Spiritū sanctū. non *corporali.*
 (vt quidā putant) Angelis, quia Dei & An-
 gelorum non est eadē imago & similitudo.

C A P. 2. *Homo est imago, & factus ad ima-*
ginem & similitudinem Dei.

TAmetfi quidam hoc in loco imaginem
 & similitudinem intellexerint increa-
 tam quæ Deus est (vt intellexisse vide-
 tur Beda) vel quæ Filius est (vt alij dicunt)
 qui propriē imago Patris dicitur, & Spiri-
 tus sanct⁹ similitudo. vnde adiectum est no-
 stram, ad similitudinē tantūm referentes: quia
 Spūs. S. est similitudo Patris & Filij. Ad ima-
 ginē verò subintelligendū esse meā: cōgruē-
 tiūs tamen in ipso homine imago creata

& similitudo Dei quæreda est: ita vt imago
 pertineat ad formam, & similitudo ad na-
 turam: quia immortalem & indissolubilem
 fecit eam Deus, vt dicit Augustin. in lib. de ^{Cap. 2.}
 Quantita. animæ. imago autem Dei dicitur
 secundum alia. Et sic homo dicitur ima-
 go. quod quidam negauerunt, aduersantes ^{1. cor. 10.}

Filius dicitur imago, sed non ad imaginem.

Apostolo dicenti, Vir quidem est imago &
 gloria Dei. & ad imaginem, quia nõ omni-
 no æqualis fuerat illa imago, nec ab illo na-
 ta, sed ab eo creata. Ideo ita imago dicitur,
 quod & ad imaginem: quia non æquatur pa-
 rilitate, sed accedit quadam similitudine, vt
 dicit Aug. Filius autem est imago, sed nõ ad ^{Aug.}
 imaginem, cum enim sit natus, & nõ creatus, ^{7. de.}

*Homo dicitur simili-
 lis Deo secundum corpus.*

æqualis est Patri. Porro in corpore quãdam ^{tri. c. 6}
 proprietatem habet homo, quæ hanc simi- ^{er li. 6.}
 litudinem indicat, quia est erecta statura, se- ^{gen. c.}
 cundum quam corpus animæ rationali con- ^{12. de}
 gruit: quia in cælum erectum est. ^{gen. cõ.}

DE CREATIONE
 Animæ humanæ.

*De produ-
 ctione ho-
 minis quã-
 tũ ad prin-
 cipia cõsti-
 tutiua. scil.
 corpus &
 animam.*

D I S T I N C T. Decimæseptimæ
 C A P. Primum.

*Deus De nihilo formauit
 animam hominis.*

Sicut hominis formatio describitur se-
 cundum corpus, cum dicitur, Formauit
 Deus hominem de limo terræ: ita eius-

^{manic.}
^{ca. 17.}
^{To. 1.}